

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 18. Absolutio sub finem tertiae vel quartae stationis, non ante,
regulariter data fuit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

sit. Quod etiam urgentibus de causis fuit abbre-
viatum.

Sub tertii dumentaxat saeculi finem poenitentia
tempora, eaque longiora, varie tam pro va-
riete criminum & locorum, per sacros canones
taxata fuerunt, occasione heretis Novatianorum,
que in eo sita fuit, quod cum Montanitis No-
vatiani perperam assererent, non esse in Ecclesia
potestatem peccata post baptismum commissa re-
mittendi. Quod quia ex praetextu asserabant, quia
potestatem illa remittendi dicebant nihil aliud es-
se nisi incentivum delinquendi: ne hoc aliquā ve-
ri specie ab ipsis dictum videretur, visum est Pa-
tribus, cum poenitenti modum & ordinem cer-
tis legibus stabili, qui peccatores a delinquendi
facilitate deterretur.

²⁰⁹ Ita proinde occasione veteres Patres quatuor
poenitentia gradus, seu stationes constituerunt,
per quas peccatores transire oportebat, priusquam
absolutionem atque Eucharistie gratiam conque-
rentur. Prima statio *fletium* dicebatur, secunda
audientium, tertia *prostrarum*, quarta *confesen-
tiarum*. Sic tamen ut Episcopus, habita ratione fer-
voris, vel reipos, seu negligenter poenitentium,
abbreviare vel prostrare posset tempus, quo
quisque in qualibet statione deberet permanere.

²¹⁰ In prima statione (quod primus magis fuit ad
poenitentiam dispositio, quam poenitentia statio)
peccatores in portica extra Ecclesiam commo-
bantur (ait Cardinalis Bonae ubi supra) peccata
sua publicè confentes. Et deporantes, cilicio &
cineri iordidati, & ad misericordiam excitandam
omni ex parte compotiti. Nihil ad illos pertinabat
Misericordia Catechumenorum, nulla super eos manuum
impositionis erant, nulle orationes recitabantur;
sed fidèles privatis Deum orabant. ut illis verana
poenitentiam largiretur.... A templo vestigibulo ex-
clusi, ne predicationem quidem audire poterant,
pietatem dumentaxat ingredientium implorabant, ut
pro ipsis apud Episcopum & Clerum intercederent.

²¹¹ In secunda statione, *audientium*, admissis ad
poenitentiam, eaque taxata, per manuum imposi-
tionem, permittebatur introitus in Ecclesiam,
sic tamen ut tarent *juxta portam illius in Narthe-
ce, ubi lectioenem Scripturarum, eausque inter-
pretationem, & sermonem audirebant, ab illa lu-
gubri & humi depreciatione absolti. Sed finita
lectioen, & sermone, egredi compellebantur, nec
ipsis fas erat cum fidelibus in Ecclesia orare, nec
publicorum orationum participes esse. Pro ratione
autem contritionis & humiliations citius ab hac
statione ad tertiam transferrebatur.*

²¹² In tercia statione, *substratorum*, manebant in-
tra ambitum ecclesie utque ad arborinem, ultra quem
progressi nefas illis erat. In ea statione, publica-
rum orationum participes effecti, *jejunis*, preci-
bus, humicubationibus, aliquique operibus laboriosis
affligebantur. Et in singulis synaxis preces super
illos in genita procumbentes cum manuum imposi-
tione fundebantur; idque per longum tempus, &
interdum per plures annos. Atque interim in eorum
mores diligens inquisitio fiebat, an vere contritis
essent, an sincera eorum converto. Nondum autem
ipsi fas erat sacra iunctui mysteria, nec iis
interesse, sed post Evangelii lectioenem, illiusque
expeditionem, ab Ecclesia dimitti, in poenitentia
operibus adeo exercabantur, ut in Occidente à
seculo quarto usque ad octavum non conjugatis
interdictus fuerit matrimonio contractus, ipsique
conjugatis matrimonii usus, interdicta quoque
militia, negotia secularia, & quidquid ipsis esse
potuit occasio vel causa relapsus, ut videre est
apud Morinum l. 5. c. 21.

²¹³ In quarta statione, *confidentium*, fas ipsis erat
fidelium precibus & sacrificio affilere, ad finem
alique; non tamen offerre munera ad altare,

nec Eucaristiam sumere. In quo fideles ab ipsis
discernebantur. Si quispiam inquirat, quamdiu
in singulis stationibus singuli detinebantur? Re-
spondeo quod in prima statione alii detinebantur
per annum, alii per duos, alii per plures annos,
pro criminum varietate, poenitentiumque fervore.
Tandem saltem in ea manebant, donec satis
constaret, ipsis sincerè velle converti, poeniten-
tiae opera, ad diuinæ justitiae satisfactionem
necessaria, amplecti.

In secunda statione detinebantur, donec in divi-
norum judiciorum timore firmati, solidisque in-
structionibus corroborati, idonei fierent cum fer-
vore & perseverantia laboriosis poenitentia operi-
bus sufficiپ, sibi in tercia statione imponen-
dis, de quibus supradictis.

²¹⁴ In tertia statione morabantur, quamdiu necessarium vi-
debatur ad faciliendum divina justitia, per ope-
ra proximè dicta. Post que fidelium communione
per manuum impositionem restituebantur, sed
nondum juri sufficienda Eucharistia.

In quarta statione manere jubebantur, donec in ²¹⁵
ipsis compiceretur tantum pietatis studium, tan-
tum odium improbitatis, tanta puritas mentis,
quaqua requirunt ad participationem divinissime
Eucharistie. Ad quam, ad perfectam inquit proinde
cum Ecclesia reconciliationem, elatio confiten-
tis tempore, per ultimam manuum impositionem
admittebantur.

Interim vero quadruplices manuum impositio-
nes ipsis factas cruditi cum Albaspinæ ob-
servantur. Prima fuit, cum ad poenitentiam agen-
dam in principio admitebantur: (semper enim
poenitentia impositione conjuncta erat manuum
impositio, ait Morinus lib. 6. cap. 5. n. 2.) &
ista dicta fuit *manuum impositio in poenitentiam*.
Secunda, & crebro recipita fuit in tercia statione,
prout in illius explicatione dictum est. Tertia,
cum impletâ statione sublationis, recipiebantur
in communionem minorem, sibiisque confi-
tentes. Quarta, cum impletâ confitentia, admite-
bantur in communionem maiorem, sacra utique
Eucharistia participationem.

CAPUT XVIII.

*Absolutio sub finem tertia vel quarta stationis
non ante, regulariter data fuit.*

§. I.

*Ostenditur, canonice poenitentibus absolutio data
non nosuisse, cum manus ipsis imponerentur
in poenitentiam.*

²¹⁶ **Q**uarunt cruditi, quandonam canonice poeni-
tentia sacramentaliter a peccatis absolutionem
reciperent? Nonnulli, sed pauciores, minusque in
antiquitate veri, centent eam perceptile, cum
ipsis manus primò imponerentur in poenitentiam.
Sed hoc esse non potest.

Primum, ob argumenta §. sequenti proferenda. ²¹⁷
Secundo, quia per manuum quidem impositionem
in poenitentiam, peccatores admittebantur ad poenitentiam,
fivit ad jus agendi poenitentiam (quod
jus in magna tunc era affirmatione, nec omnibus
indiscriminatim concedebatur, ut postea videbitur),
sed non eo ipso admittebantur ad sacramen-
taliter absolutionem. Aliud quippe fuit sacramen-
talis absolutio; aliud admissio ad poenitentiam.
Quemadmodum aliud fuit sacramentalem petere
absolutionem; aliud petere admissionem ad poen-
itentiam. Quis duo Augustinus distinguuit ep. 180.
ibi: *aliis baptizatum penitibus, aliis reconcilia-
tionem, aliis etiam poenitentia actionem.* Si aliud

Gg 2

est reconciliatio, seu absolutio, quām p̄nitentia
actio: igitur aliud est quoque manum impositio
in p̄nitentiam, seu p̄nitentia actionem, quām
manum impositio in reconciliationem, seu ab
solutionem sacramentalem. Unde nec quicun
que manum impositionem, veteri Ecclesiæ mo
re, accipiebat in reconciliationem, seu absolu
tionem sacramentalem, tam accipiebat in p̄nitentia
actionem, ut Presbyteri & Diaconi, quibus
manum impositio fiebat in sacramentalem ab
solutionem; non tamen in p̄nitentia actionem.
Telle namque Leone Magno epist. 92. alienum
tunc erat à consuetudine Ecclesiastica, ns qui in
presbyterali honore, aut in Diaconi gradu fuerint
consecrati, pro criminis aliquo, per manus im
positionem, remedium accipient p̄nitenti.

225 Tertio, manum impositio in p̄nitentiam
Diaconis in necessitate fiebat, telle Cypriano e
pist. 13. Si infirmitatis periculo occupati fuerint,
non expedit prestantia nostram, quin apud Pres
byterum quemcumque presentent; vel si Pres
byter repertus non fuerit, & urgere exitus cœperit,
apud Diaconum quoque exomologism facere deli
cti sui possint, ut manu eis in p̄nitentiam im
positi, veniant ad Dominum cum pace, quam da
re ei Martires desideraverunt. Atqui certum est
Diaconos nunquam, ne in necessitate quidem,
sacramentaliter absolvere posse. Igitur certum
est illam manum impositionem in p̄nitentiam,
non fuisse absolutionem sacramentalem.

226 Quartio, Concilium Araucanum I. can. 3. tria
hæc distinguunt, 1^o. acceptam p̄nitentiam, 2^o.
communionem sine reconciliatoria manum im
positione, 3^o. legitimam & canonicam com
munionem cum reconciliatoria manum im
positione: qui decidunt de corpore, p̄nitentia ac
cepta (ecce primum) placuit sine reconciliatoria
manum impositione (per quam p̄nitentes inter
ḡe p̄nitentia functi, à p̄te is canonice solemin
tandis impositione absolvebantur) eis communi
carū (ecce secundum, per quod p̄nitentes ad
mittebant in communionem, seu societatem fi
delium, per simplicem reconciliationem, seu à
peccatis absolutionem, sine qua p̄nitentes ad fo
ciatatem fidelium non admittabantur) quod mo
rientis sufficit consolation, secundum definitiones
Patrum, qui huiusmodi communionem frequenter
viaticum nominarunt. (quo nomine vel intelle
xerunt absolutionem à peccatis, vel aliquid eam
supponens, sine qua certè viaticum istud non tu
fificet mortis consolatione.) Quod si supervo
xerint, stent in ordine p̄nitentium, & ostensi re
cessari p̄nitentia fructibus, legitimam commu
nionem, cum reconciliatoria manu impositione, à
p̄nitentia canonice absolti percipiunt. Ecce tertium.
Et secundum quidem sequitur ordine primum.
Prior ergo fuit manum in p̄nitentiam impos
titio, quām à peccatis absolutio.

227 Quinto, Concilium Cartaginense IV. can. 76.
p̄nitentia acceptiōem similiiter distinguunt à sim
plici reconciliatione per manus impositionem: Qui
p̄nitentiam in infirmitate petit, accipiat p̄nitentia
stam. Et si continuo creditur morituras, reconcili
etur per manus impositionem (id est à peccatis ab
solvatur) & infundatur ori ejus Eucharistia. Cer
tissimum proinde est, aliud veteribus Patribus
fuisse impositionem manum in p̄nitentiam,
aliud à peccatis absolutionem, primamque à se
cunda fuisse ieiunctam.

§. II.

Gravium criminum reos, canonice p̄nitentes, Ec
clesia olim sacramentaliter non prius absolvit
(regulariter loquendo) quām p̄nitentiam ma
gra saltem ex parte peregrinent.

228 Hanc assertiōem tantā confessione docen
t communiter in antiquitate periti, ut com

munis sensus consensusque ipsorum cuique cor
dato sufficere debet ad id probandum. Sic enim
tradidit apud Morinum lib. 9. c. 1. duo sapienti
ssimi Cardinales, Osius & Bellarmus: quibus
concinnit Cardinalis Gropperus tract. de discipl.
Eccles. Cathol. & Cardinalis Bona loco citato.
Sic etiam tradidit (apud eundem Morinum ibi
dem) Joannes Maldonatus, Dionyfius Petavius,
Albafineus (Aurilia Episcopus) Marianus Vi
ctorius (Amerini in Italia Episcopus) Doctores
Colonienses in Enchiridio edito in Synodo Co
loniensis anno 1536. Joannes Fitesacus (Faculta
Parisiensis Decanus) Hugo Menardus, Mat
thaeus Galenus (Cancellarius Duacensis) Joannes
Hauchinus (Archiepiscopus Mechlinensis) Joannes
Langhecrucius, Guilielmus Ellius, Franc
escus Sylvius. Quibus una cum Morino, subser
bunt Cabalitus in notitia Ecclesiast. disserit. 8.
Chrifianus Lopus ad can. 11. & 13. Concilii
Nicæni, Merbeius in Summa Christiana to. 2.
de penit. q. . . . Joannes Dartius ad partem 2.
Decreti causa 26. q. 6. & 7. Hamelin Theol.
Speculat. & Pract. to. 7. tract. de penit. c. 2.
3. 4. & ult. Nicolaus Josephus Laverdurius in
tr. de modo quo se debet gerere Confessarius,
&c. necnon in defensione ac vindicione illus. 229

Et validē fundatur communis ita cruditorum
doctrina. 1^o. in exemplo Apostoli, qui Autho
re Ecclesiæ Corinthium incestuōsum Deo & sibi
non reconciliavit, nisi post actam circuit per
anum p̄nitentiam, & ne tunc quidem, nisi ne
abundantiōris tristitia absorberetur, utriupr̄ visum
est.

2^o. in exemplo Joannis Evangeliae, qui ju
venem initiatum, lapsum in latrociniū crimen,
pariter non expiavit, nisi post plurim menū
jejunium, lachrymasque continuas, ut videtur ist
apud Eusebium Histor. Eccles. 1. 2. c. 7.

3^o. in libro, quem in principia (post Scriptu
ras canonicas) testimoniōe veteres Patres habue
runt, libro utique tertio Hermæ (qui dicitur fuit
Pafor, quem Origenes, Eusebius, Hieronymus,
Sedulus ait Tuſile S. Pauli discipulum, quem
ipse Rom. 16. vult talutatum, quemque fæculo 2.
Ireneus allegando laudavit:) ibi namque in fine
similitudinē septima, Angelo dictante, sic scripit:
Numquid putas protinus aboleri delicta eorum,
qui agunt p̄nitentiam? Non proinde continuo;
sed oportet eum, qui agit p̄nitentiam, affigere
animam suam, & humilem animosq; prefare se
in omni negotio, & vexationes malas variisque
perferre. Cumque perfelix fuerit omnia qua illi
instituta fuerint, tunc sorbit qui eum creavit...
conmovebitur erga eum clementia sua... si vide
rit eum... cor purum esse ab omni opere nequissi
mo. Et in fine similitudinē nonne: Cumque videt
Dominus bonam atque puram p̄nitentiam eo
rum, & pote eos in ea permanere, iustis priora pe
cata eorum deleri.

4^o. in Tertulliano, cuius luculentia ad id te
stimonio profet Morinus c. 3. n. 4. & 5.

5^o. in Edicto Zephiri Papæ apud eundem
Tertullianum in lib. de pudicitia: Ego & me
moria & fornicationis delicta p̄nitentia fundis di
mittit. Audiisti, quibus dimitteret p̄nitentia fur
tit.

6^o. in primā Decretali Innocentii I. in qua sic: 234
Sacerdotis est attendere ad Confessionem p̄nitentis,
& ad flentem atque lacrymas corrigit, & tum
jubere dimitti, cum viderit congruam satisfac
tionem.

7^o. in epist. 91. Leonis Magni: Misericordia 235
Dei ita lachrymus subvenit humanis... ut qui rege
nerationis donum violabent, proprio se iudicio con
demnantes, ad remissionem criminis pervenient,
sic divinæ bonitatis praefidiis ordinatis, ut indulgen

sianis supplicationibus Sacerdotum nequeat obtineri. Mediator enim Dei & hominum, Homo Christus Iesus, hanc Prepositis Ecclesie tradidit potestatem, ut confitentibus actionem poenitentiam darent, & eodem, SALUBRI SATISFACTIONE PURGATOS, ad communionem Sacramentorum per januam reconciliationis admitterent.

²³⁶ 8°. in testimonio Cypriani, Paciani, Ambrosii, Augustini, Genadii, Eligii, quæ apud Morinum cap. 3. citato videri possunt. Qui & idipsum probat ibidem ex controversia, quæ fuit inter Catholicos ex una parte, & Montanistas Novatianosque ex altera parte. Quæ in eo fuit, quod Catholici, post aetam poenitentiam, capitula pecata confessi absolutionem dandam; Montanisti vero & Novatiani, à solo Deo expectandam docerent.

²³⁷ 9°. in querela Cypriano aliisque Episcopis inter Concilio congregatis delata per fidum Episcopum, de Vicore quodam Presbytero, quod utique ei (ut Cyprianus narrat epist. 59.) antequam poenitentiam plenam egisset, & Dominae Deo, in quem deliquerat, satisficeret, temere Therapius, Episcopus, immatura tempore, & præpropera festinatione pacem dederit. Ad quam querelam Cyprianus cum Concilio: *Quæ res (inquit) non fatus monuit, recessum est à Decreti nostri antecessore, ut ante legitimum & plenum tempus satisfactionis, & sine peccata & conscientia plebis, nulla infirmitate urgente, ac necessitate cogente, paix ei concederetur.*

²³⁸ 10°. in Sozomeno Histor. l. 7. c. 16. descripte morem Ecclesie Romanæ circa poenitentes: postquam enim deliquerit humiles actiones, ab ipsis in Ecclesia fieri solitas, fluctus, genitus, &c. subdit: *Privatum deinde sponte juu quaque vel jejuniis, vel losionum ciborum abstinentiâ, vel aliis quibus iussus est, semetipsum affligens, tempus expectat, in quantum Episcopus precepit. Elapso denum prefinito die, pœna jam quasi debito quicquid exoluta, à peccatis absolvitur, & populus in Ecclesia coniungitur. Hæc Romani Sacerdotes ab ipso inde exordio ad nostram uigil memoriam cœpserunt. Id est usque ad annum circiter 440.*

²³⁹ 11°. In Concilio Toletano III can. 11. Comperimus per quadam Hispaniarum Ecclesiæ, non secundum Canones, sed jædisse pro suis peccatis homines agere poenitentiam, ut quoties peccare libuerit, toties à Presbyteris se reconciliari expoluerint. Et id pro coercendâ tam execrabilis presumptione, id à 8. Concilio jubetur, ut secundum formam Canonum antiquorum detar poenitentia, hoc est, ut prius eum, quem sui paenit facti, à communione superius factas inter reliquias penitentes ad manus impositionem crebro recurrere. EXPLETO AUTEM SATISFACTIONIS TEMPORE, sicut sacerdotialis contemplatio probaverit, eum communioni restitua. *Huic vero, qui ad propria vita, vel infra poenitentia tempus, vel post reconciliationem labuntur, secundum priorum Canonum severitatem damnantur. In hoc Canone ad coercendam execrabilem presumptionem, quæ peccatores à Sacerdotibus toties aboliui leu reconciliari postulabant, quoties peccare libebat, statuit, ut secundum formam veterum Canonum, poenitentia, seu satisfactionis tempus prius impletetur, quam reconciliationis, seu absolutionis daretur. Per reconciliationem quippe absolutionem à Concilio intelligi, confat ex his verbis: *toties à Presbyteris se reconciliari, id est aboliui, expolulant.* Si quidem absolutione Communionem Eucharisticam necessariò tunc, ut nunc, præcedere debet. Quodque poenitentiam non præcesserit, sed subsecuta fuerit, confat ex finali clausula: *as vero qui ad propria vita, vel infra poenitentia tempus, vel post reconciliationem**

labuntur, &c. Si enim poenitentiam reconciliationis præcesserit, omnis lapsus, qui contigisset infra poenitentia tempus, contigisset post reconciliationem, siue Concilium (post ly infra poenitentia tempus) fructu addidisset, vel post reconciliationem. Denique reconciliationis in alato canone absolutionem non minus significat, quam in can. 12. Tolitanii II. *Qui post poenitentiam in mortis agis periculo, non diutine à reconciliationis gratia differendus est (sic ut fanus) sed... statim ei reconciliationis abdibenda est, ne prius ab humanis rebus ager abscedat, quam donum reconciliationis accipiat.*

²⁴⁰ 12°. in Ivone Carnotenti epist. 228. ubi dicit, internum Judicem, Deum, quia interiorum poenitentis dispositionem conficit, sapientius remittere peccata, quam ea remittat Ecclesia, quia tantum videt exteriora: *Judex internus tandem remittit célerius, quanto solus magis videt interiorius. Judex vero, qui tantum vides in facie, usque adeo delinquentes, sub peccati pena desinet, donec per manifestum poenitentis fructum, qui sit poenitentis affectus intelligatur. Per internum enim genitum satis est interno Judici: & idcirco indilata datur ab eo peccatis remissio, cui manifesta est interna conversione. Ecclesia vero, quia occulta cordis ignorat, non solvit (id est sacramentaliter non absolvit); solutio quippe Lazari, ad quam ibi alludit, secundum omnes Patres significat sacramentalēm absolutionem ligatum, licet suscitatum, nisi de monumento etiam, id est publica satisfactione purgatum. Hinc est quod Ecclesia sua criminis confitentes à Sacramentorum communione suspedit, & in cinere & cilicio positio ab introitu Ecclesiarum statuo tempore excludit, ut per hoc experietur, si jam sunt intus vivificati, cum longa fuerint poenitentia maceratione probati.*

§. III.

Absolutionis sacramentalis peccatoribus canonice poenitentibus concessa non fuit ante completam subfraktionem.

Si tradit eruditior pars longè maxima. Et ²⁴¹ ad certum existimat Morinus lib. 6. c. 21. n. 1. ut *ante dñi passio, nulla (inquit) cum probabilitate, ut mibi videtur, dici possit.* Ob argumenta §. præcedenti deducita, quæ probant ante extantios poenitentia labores, adèque ante finem subfraktionis concessam non fuisse.

In fine vero subfraktionis, seu tertie stationis, ²⁴² conceitam fuisse, pluribus argumentis probat Morinus cap. 21. citato, eademque communis est sententia. Tametsi probable sit variarum Ecclesiarum varians quod hoc fuisse disciplinam, & quodammodo Ecclesiæ in fine subfraktionis eam tribuisse, quodammodo in fine confitentia dimittaxat.

Enimvero si specialiter Ieronimo sit de confitentia Ecclesie Romane, Cardinalis Bona ubi supra ex Sozomeno l. 7. c. 6. & Nicophoro l. 12. c. 18. manu scriptè colligi censem, dilatam Romæ absolucionem usque ad finem quarti gradus, id est confitentie. De hac enim Ecclesia tractantes, Poenitentes commemorant, quæ Missæ intererant, nec tamen Eucharistie particeps erant. Et eos aiunt, "peracta missa in terram cum fletu corruiisse, quibus oculis currens Pontifex, similiiter cum lachrymis collabebatur, & eos erigens, pro illis orabat, ac deinde dimittebat. Illi vero privatum jejuniis, & aliis poenitentia affligebant, ac postea, clapso tempore ab Episcopo constituto, à peccatis absolverebantur. Non ergo subfratis (ait Cardinalis Bona) qui cum Catechumenis exierant, sed confitentibus, qui ad finem Missæ manebant in Ecclesia, absolutione dari solebant.

Eundem modum servatum in Africa, ut intra ²⁴³ Missarum solemnia absolverentur poenitentes, pre-

245 *zimē ante Orationem Dominicam, non obscurē dōcet Optatus Milevitānus lib. 2. bis verbis: " Etc. nūm inter vicina momenta, dum manus impo- nitis, & delicta donatis, mox ad altare reverſi, Dominicam Orationem prætermittere non po- tellis.*

245 Favere etiam videtur D. Basilius epist. ad Amphiloch. in qua enumeratis quatuor stationibus: *Iis autem (inquit) expletis, erit Sacramentorum particeps. Cū enim dicit, Sacramentorum, infi- niuare videtur, non solum Eucharistia, sed & Sacramenti Poenitentia tunc fore participem.*

CAPUT XIX.

Confutantur Juniores, aientes, abſolutionem, dilatam ad finem usque ſubſtrationis, vel conſentientia, non fuſſe sacramentalem pro foro interno; ſed ceremonialē, pro foro extero dumtaxat.

246 *Sic utique putant noſter Carolus ab Assumptio- ne, Henneguierius, Author Temporalis No- varentis, Carolus Franciscus Reymakers, alii- que Noviores, in rectionis Casuſtarum le- ctiōne, magis quam in antiquitate verati. Sed opinio iſta (ne dicam aberratio) idē rejeienda eſt, quia favere videtur hæreticis, negantibus abſolutionem, olim ab Ecclesiā datum, sacramen- talem fuſſe. Quod profecto diſſiculter oſtendit poterit, ſi illa, de qua agitur, sacramentalis non fuſſerit.*

247 Favere item videtur impio Catvino lib. 3. Inſtit. c. 4. §. 19. Molinæ 1. 7. de la noueauté du Pa- pisme controverſ. 8. c. 13. Melanchtoni Apolog. Confess. Auguſt. articulo de confeſſione & faſiſfactione, aientibus, laboriosi poenitentia opera, olim in poenitentiam imposta, & a poenitentibus praedicata, rem mērē politiam fuſſe, nec in foro interno valuisse ad ſatisfacendum Deo, ſed in foro extero dumtaxat, ad ſatisfacendum Eccleſia: Scholasti (ait Melanchtoni) viiderant in Ecclesia eſe ſatisfactionem: ſed non animadver- runt illa ſpectacula infinita eſe, tam exempli car- ſa, tam ad probandoſ bos, qui petebant recipi ab Ecclesia. In ſumma non viiderunt eſe diſciplinam, & rem proſiſti politican. Ideo ſuperiortiſe finie- runt, eas non ad diſciplinam, coram Ecclesia, ſed ad placandum Deum valere.

248 Cū enim ſtellimonia, quæ ex Patribus, & praxi veſteris Ecclesia, Catholici proferunt, ad proban- dum abſolutionem, poſt Confeſſionem dataim, ſacramentalē fuſſe, clariora non ſint iis, qui- bus probavimus abſolutionem, olim poſt faſiſfactionem dataim, ſacramentalē fuſſe: ſi hoc ex dictis teſtimoniis effaciens non concludatur; nec iſtud facile concludi poterit. Et ſi abſolutione, poſt faſiſfactionem, ſive poſt exanthatos poenitentie labores data, non fuerit ſacramentalis, ſed ceremonialis tantum; ideam de faſiſfactione, ſeu laboribus illis hæretici concludent. Nec ipos laudati Juniores facile convincere poterunt,

§. I.

Quinque argumentis opinio illa confutatur.

249 *igit ad iſtos hæreticorum errores fortius & effi- caciū propulsandoſ, veritatemque proguagnan- dam, opinio illa Juniorum confutatur. 1°. quia ſi canonice poenitentium abſolutio, poſt im- pleram faſiſfactionem data, ſacramentalis non fuſſet, ſed ceremonialis; canonice poenitentes Sacerdos, ſtatim poſt Confeſſionem, ante omni- nem faſiſfactionem, ſacramentaliter reconciliatſet: poſt faſiſfactionem vero, ipos non Deo, ſed Eccleſia dumtaxat reconciliatſet, fideliumque ſocie-*

tati reſtuiſſet. At hoc rationabiliter dici nequit. Quo enim jure (ait Morinus 1. 9. c. 2.) quāre prudentia ſceleris reo, ſcelusconfidenti, ſtatim pepercifient ve- res Patres, abſolutionemque ſacramentalem, omnis culpæ averruncabriſem, eternam paup expundiſſem, amicitia Dei conciliatricem, confeſſionem, ſine alla pro- batione, ſine alla doloris, an fictus ſincerisque eſet, experientia, largitiſſimem? Ut autem per quamdam extēnam ceremoniālā ad fideliū ſocietatem ad- mitteretur, jam per abſolutionem factus Dei ami- ci, vita aeterno heres, per multos annos variis experimentis ipſius conveſio tentari debuiffet? ſan- probatio ante ſacramentalis abſolutions conceſſionem fieri debuit, ne margarita porcia contra Chriſti mandatum proiecirentur, ut in caſa abſolutionis à peccatis monent Gregorius Nyſenus in epift. ad Le- uylum, & Augustin... At ſecondum hanc ſententiam precepta abſolutionis margarita peneire ſe profitent ſtatim profuita ſuit, deinde on ceremonyla fore dignus, diligenter & ſeruulifime mulſis annis inquiritum ſuit.

Secundū, tantisper ſibi veritatis amicus ob- oculos proponat ea quæ capite 17. ex veteri di- ſciplina ſuſius retuli, tuncque (inquit Morinus) ju- dicit, an aquam ſit poenitentem, poſt reconcilia- tionem cum Deo, ab Eccleſia ſit excipi. Primum in ſetu degebat, Scripturarum audiſſione, & Eccleſie ingreſu in diuinus habuit; à quibus tanq[ue] non prohibebantur Ethnici, Judei, nedum Gache- meni. Deinde in ſetu aliquot annis commonans, Eccleſia portans ſubibat, Scripturarum lectionem, & sermones ad plebem audituras. Quibus peradi- ne poenitentibus ſubiectatis committiceretur, ſtatim à Diaconis perlebatur. Aliquot ſimiliter anni hoc op- probrium paſſus, malis jejunis & macerationi- bus aliquot aliis annis, & pluribus affligebatur, quotidiani manuū impotitionibus ſuberaſ, & ſu- per eum ſe probratum Epifcopus cum Clero Deum deprecebat, ut illius misereretur, peccatorum venientia indulgeret, & Eccleſia mereretur aggredi. Atqui probabile non eſt, Patres ut impium, Ethnici, Judei & publicani traſtratores, atque à ſacerdiſ ſuſi eliminatores eum quem Deo reconciliarent; ſuper eum velut à dæmonio po- ſefſum precarios, quem Dei amicum, & cum ipio intime coniunctum crederent. Deinde proba- bile non eſt, quid SS. Paires ad rem maxi- main, traſlationem utique peccatoris a ſtatu filii ira atque vindicta, ad filii & amici Dei digni- tatem, nullam priuam faſiſfactionem nec cali- gationem poſſulaverint. Ad rem autem comparative minimam, iuſti nimis cum iuſtis homi- bus, filii Dei cum filii Dei, & fratris cum fra- tribus extēnum commonerunt, tam dura, tam ardua, tam diuina, ſelicet lachrymas nocturnas diuinaque, preces humilimis frequentiſime repetitas, plurim annorum jejunia, chameunias & macerationes, tamquam necellariam preparationem exigerint. Denique probabile non eſt, nullum apparatus bonorum operum, nulla ful- pira, nulos gemitus, niſi forte levifimos & mo- mentaneos, nulos corporis cruciatibus, ad gratiam Dei poſt enormia criminia recuperandam, ſed folia dumtaxat confeſſionis, verbaliumque promiſſorum requiſiſſe. Ad extēnam vero communio- nem iuſti cum iuſtis, vix ulio bonorum operum apparatu, vix ullis lachrymis, gemitus, humiliatiōnibus, vix ullis ſupplicationibus & promiſſiōnibus, vix ullis corporis cruciatibus, tametsi valde diu perpeſſis, conſtentis fuſſe.

Tertiū, omnia quęque nobis ſuperiunt de hiſte rebus teſtimonia (pergit Morinus) evidenter & vel demonſtrant, vel innunt, Eccleſiam ſemper ſibi conſtineret reconciliatſet, & aggregatſet, quo- quod credidi Deo reconciliatſor, reconciliatiōneque cum Deo rationem eſſe, & regulare reconciliatiō- nis